



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

XXVII Neq[ue] soli Timotheo data fuit haec gratia, uerue[n]tia[m] Tito,  
caeterisq[ue] quicunq[ue] per eos ordinati fuerint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30878**

De facta sacerdotij defensione cōtra Luth. XVII.

tamen ueritus est id negotij tribuere spiritui, simul & asserere diuinitus id fuisse factū. Erant igit̃ a spiritu sancto constituti quicūq; siue p̃ ap̃los, siue p̃ eorū successores iuxta ritū legitimū pastores ordinati fuerāt. Sed & quū ætas eadē, ut añ diximus atq; successio nō solū ad hūc usq; diē, sed & in finē usq; sæculi perdurabit, consequens est, ut omnes quotquot per ecclesiæ Conclusio præsides, ad ea munia legitime uocati fuerint, & instituti, non aliter q̃ ab ipso spiritu qui p̃petuo residet in ecclesia cōstituti credēdi sunt. Atq; hæc pro septimo axioma sunt dicta.

OCTAVVM AXIOMA.

¶ Insuper iñdem in suis ordinationibus ab eodem spiritu, gratiæ donum accipiunt, quo reddantur ad opus ministerij sui sanctius ob eundem magis idonei.



Rincipio perspicuū istud fieri potest, ex ipsis Pauli XXVI. uerbis, qui Timotheo scribens, quē nemo nō affirmat a Paulo fuisse constitutū episcopū. Sic ait. I. ad Timo. 4. Ne neglexeris quod in te est donū, quod datū est tibi per prophetiā cum impositione manū auctoritate sacerdotij. Ecce Timotheus auctoritate sacerdotij q̃ præditus fuerat ille, quisquis Timotheū ordinarat, gratiæ donum accepit. Et quis nā is fuit, qui sic Timotheū ordinauit, apertius indicat epl̃a ad eundē posteriori, cap. I. Commonefacio inquit te, ut suscites donū dei quod est in te, per impositionē manū mearū. Ecce denuo testatur Timotheū, quū is ordinaret, gratiæ donū fuisse consecutū, seipsumq; Paulus prodit ordinatōrē ipsius fuisse. Nā quū ordinaretur quispiā, ordinatores ei manus semper imponebant, ut postea demonstrabimus. Donū itaq; gratiæ Timotheus accepit quū ordinaret a Paulo. Neq; dubiū est quin Paulus id ipsum fieri censuerit de cæteris per alios, qui pari secū auctoritate fungebant. Porro donum istud gratiæ tunc quū ordinaret Timotheus fuisse datū, axioma proximo docebimus, & non quū esset a Paulo baptizatus uti Lutherus cauillatur. Paul⁹ ordinauit Timotheū

¶ Neq; soli Timotheo data fuit hæc gratia, uerū etiā Tito, XXVII cæterisq; quicūq; per eos ordinati fuerint. Sed & reliquis de

E



## CONGRESSVS SECVNDVS

mū oibus, qui uel p aplos, uel per alios qui potestatē ab aplos accepissent, gratiā donari nullus ambigere debet, modo non per eos ipsos steterit qui sic ordinabant. Et quid uetat, quo minus a spū gratia collata sit eiisdē copiosa? An non ipse spiritus sanctus fons exuberantissimus est gratiæ oim? An nō ob id potissimū in ecclesia nobiscū residet, ut gratiā istā imptiat ad ecclesiæ totius ædificationē? An nō Paulus quum clamat ad Epheseos. 4. Vnicuiq; nostrū datā esse gratiā, docet eam alia mensura datā apostolis, alia prophetis, alia euāgelistis, alia pastoribus & doctoribus, singulis tñ horū eā donari testat, atque id quidē ad instaurationē sanctorū in opus administrationis, in ædificationē corporis Christi, quod est ecclesia. An non I. Cor. 3. Paulus qui se uocat architectū, gratiā ob id accepit, ut ædificaretur ecclesia? Quod si Paulus eo sine gratiā acceperit, quū ædificiū istud adhuc minimē consummatū sit, oportet & iā alios architectos esse, quibus & gratia pariter ad ædificationem largiatur. Quum em̄ tabernaculum fœderis ædificaretur, uti supra meminimus, spiritus sanctus quosdā impleuit omni sapientia, intelligentia, & scientia quo possent in opere quouis excogitare quicquid esset egregie fabricandū. Ea munificentia spūs usus est, quū nondū uenisset tempus plenitudinis gratiæ. Nunc ergo missus, quū exuberat gratia, & ad hoc præcipue missus, ut ecclesia construat, sic huius structuræ artifices & a se quoq; constitutos contemnet, ut gratiā eis nullā impertiat? Quis hoc præter unū Lutherum credat? Non inficias eo quā populus quoq; gratiam acceperit.

**XXVIII** ¶ Cæterū ut par est alia mensura populus recipit q̄ pastores & gubernatores populi, Hoc inter præfides & populū interest, ut Paulo placet, quod inter architectū, & id quod ædificat, quod inter agricolā, & agrum qui colit. Sic em̄ Paulus .I. ad Corin. 3. dicit. Dei sum⁹ cooperarij. En se cæterosq; præfides cooperarios dei uocat. Dei (inquit) sumus cooperarij. Plæbem uero quid? Certe cooperarios neutiquam eos uocat sed magis id quod artis opera tractatur. Ad plæbem enim dicit. Dei agricolatio, dei ædificatio estis. Plæbem ergo Paulus appellat agricolationem & ædificationem dei, cuius coopera.